



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Spoleti In Vmbria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

fecti, opt. & B. M. P. C. Vixit annos L X. Obiit
VIII. Id. Mart. M. D. XL VII.

P V T E O L I S.

IN HORTO QVODAM.

P E T R U S T O L E T U S , Marchio Villæ Fran-
chæ, Caroli V. Imp. in Regno Neapolit. Vi-
carius, vt Puteolanos ob recentem agri con-
flagrationem palanteis, ad pristinas sedes reuoca-
ret, hortos, porticus, & fontes marmoreos, partâ
victoriâ Africanâ, quam reportauerat, Otio Ge-
nioq; dicauit: ac, antiquo, instaurato, purgatoque
ductu, aquas sitientibus cinaibus suâ impensâ resti-
tuit. Anno à partu virginis M. D. XL.

SPOLETI IN VMBRIA.

A D S. M A R I A M.

T HEONORAE BVRSINAÆ, Coniugi ca-
riss. seuerus Mineruius B. M. P. O. S.

Vitam ego te geminam vixi viuente; fuiſti
Supra hanc, qua viuo, tu quoq; vita mihi.
Morte tua exanimis viuam; nam conditum vrna
Maxima tecum anima pars, THEONORA, mea.

PHILIPPI PICTORIS.

Conditus hic ego sum pictura fama PHILIPPVS,
Nulli ignota mea gratia mira manus.

Artifi-

*Artificis potui digitis animare colores,
Spirataq; animos fallere voce diu.
Ipsa meis stupuit natura expressa figuris,
Meq; sibi fassa est artibus esse parem.
Marmoreo tumulo Medices LAVENTIVS hoc me
Condidit: antè humili puluere tectus eram.*

FULGINIAE.

IN D. FELICIANO.

IVLIO II. Opt. Maxim. Pontif. quod LVCA CIBO Episcopo Fulginij exorante, annuo subfido Clerum perpetuò liberavit, Canonici liberaliss. Principi POS. M. D. XII.

Clemente VII. Pont. Max. quod autore FRANCISCO ARMELINO, Medic. Presbyt. Cardin. S. R. E. & S. N. D. Camerario & Federico Flauio Archipresbytero supplice, XXV. aureorum numeros, ad omnem rerum sacrarum apparatum adduxerit, D. Feliciani Sacerdotes bene mer. POSS. M. D. XXVI.

IBIDEM.

*Ad mortem properas, vel si hic paulum ipse moreris;
Siste gradum, cœptum tutius ut sit iter.
Tutum iter ad mortem, tutum si viuere temnas,
Ut viuas, vita hac cura sit vna tua.*

IBIDEM.

VGOLINO CRISPOLTO Perusia genus & nobilitatem, Vectonium sedem, & honestas opes, Fulginia vxorem & vrnam dedit,

H 3

FANEN-